Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lum 60

ner vocauerunt parentes eius
qui videbant et interrogauerunt
eos dicentes. Hic est filius vest
que vos dicitis quia cecus natus
est. quomodo ergo nunc videt. Re
spondit eis parentes eius. et dixerunt.
Scimus quia hic est filius nr. et
quia cecus natus est. quomodo autem
nunc videat nescimus aut quis
eius aperuit oculos nos nesci
mus. ipsum interrogate. etate habet
ipse de se loquatur. Hec dixerunt
parentes eius qr timebant iudeos.
Iam enim conspiraverant iudei
ut si quis eum confiteretur christum extra
synagogam fieret. propterea parentes
eius dixerunt. qr etatem habet
ipsum interrogate. Vocauerunt
ergo rursus hominem qui cecus
fuerat et dixerunt ei. Da gloriam
deo. Nos scimus quia hic homo
peccator est. Dixit ergo ille. Si
peccator est nescio unum scio. quia cecus
cum essem modo video. Dixerunt
ergo illi. Quid fecit tibi. Quomodo
aperuit tibi oculos. Respondit eis.
Dixi vobis iam et audistis. quid
iterum multis audire. Numquid et
vos multi discipuli eius fieri.
Maledixerunt ei et dixerunt. Tu
discipulus illius sis. nos autem
moysi discipuli sumus. Nos
scimus quia moysi locutus est
deus. Hunc autem nescimus unde
sit. Respondit ille homo et dixit eis.
In hoc enim mirabile est quia
vos nescitis unde sit. Et ape
ruit oculos meos. Scimus
autem quia peccatores deus non audit.
sed si quis dei cultor est. et voluntatem eius fecerit hunc exaudit.
A seculo non est auditum. quia quis
aperuit oculos cecci nati. Nisi
esset hic a deo. non poterat fa
cere quicquam. Responderunt et
dixerunt ei. In peccatis natus es
totus et tu doces nos. Et eiec
erunt eum foras. Audiuit ihs qr
eiecerunt eum foras. et cum inuen
isset eum dixit ei. Tu credis in filium
dei. Respondit ille et dixit.
Quis est domine ut credam in eum.
Et dixit ihs. Et vidisti eum.
et qui loquitur tecum ipse est.
At ille ait. Credo domine. Et pro
cidens adorauit eum. Offertorium.
Benedicite gentes domino deo nostro et
obaudite vocem laudis eius. qui po
suit animam meam ad vitam et non dedit
commoueri pedes meos. benedictus
dominus qui non amouit deprecationem
meam et misericordiam suam a me. Secreta.
Supplices te rogamus domine
ds. ut hiis sacrificiis peccata
nostra mundentur. qia tunc veraci nobis
tribuis et mentis et corporis
sanitatem. P. Co. Lumen fecit de
spiritu dnis et illuminauit oculos meos
et abiit et lauit et vidit et credidit deo.
Sacramenta que sumpsimus